

this, in medio habens quasi pupillam
 glauci coloris. Orpheus meminit la-
 pidis cuiusdam quem Barbarum no-
 minat in Euphrate nati: & eum videt
 Baccho gratum facere, cui nimirum
 etiam Smilax hedera accepta fertur.
 Callais in rupibus inuijs ac gelidis o- Callais.
 culi figura extuberat, leuiterq; adhæ-
 ret, Plinius 37.8. Ocellus gemma est Ocellus.
 tricolor, cuius medium candidū est,
 extremarum partium vna ferruginea,
 altera nigra opaca est, Cardanus. Ea-
 dem aut similis fortè fuerit Leucoph-
 thalmus, seu potiùs Lycophthalmus
 Plinij, de quo parte 1. huius Capitis di-
 xi. colorem enim habet rutilum: & in
 medio niger candido cingitur, quod
 magis conuenit oculo, q̄ quod de O-
 cello scribit Cardanus in libro de Gé-
 mis: Operis verò De subtilitate lib. 7.
 Onychis (inquit) tertium genus ferru-
 ginei est coloris in supremo, in imo
 nigri, in medio candidi: vocatur à ple-
 risq; Oculus. Sic ille: & fortè oculino